

Fejér, Georgius: Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Tomi IX. Vol. 1. (Budae, 1833.) 560-561. oldal.

https://library.hungaricana.hu/hu/view/KozMagyOkmanytarak_Codex_Diplomaticus_Tom_9_Vol_1/?pg=559&layout=s

CCCVIII.

An. Ch. 1347. Comiatus laurinensis de Nobilibus de Gycz
ab vsuipatione siluae Hdssdg prohibitis ad liegem
rescribit.

Excellentissimo Principi Domino Ludovico Dei gratia Inclyto Piegi Ifung.
Domino eorum gratioso, Magister Simon Comes Iaurin. et Iudices Nobiliurn
eiusdem Comitatus paratum obsequium ad beneplacitum mandatorum. Literas
Excellentiae vetrae Inquisitorias per Annum generales, nobis directas, pro
Domino Siffrido Abbate Ecclesiae S. Martini et suo Conuentu de S. Monte
Pannoniae reverenter perceperimus, quibus receptis, una tunc Valentinum de
Gyrmolth, unum ex Iudicibus Comitatus praenotati ad inquisitionem infra
declarandani, faciendam pro testimonio fide dignum direximus, qui ad Nos
rediens nobis retulit, quod ipse feria sexta proxima post Festum S. Thomae
Apostoli proxime praeteritum a Nobilibus et Ignobilibus, ac ab aliis cuiusvis
Status et conditionis hominibus in Iaurin. Comitatu, a quibus decens ac
conueniens fuisset, hanc de infrascriptis rescuisset veritatem: Quod Ioannes
Vice-Castellanus de Herchegko, et alter Ioannes, filius Benedicti, ac tertius
Ioannes, filius Lucae, Peter, filius Alexandri, Nicolaus et Michael, filii Ladislai,
Nobiles de Gych, quandam Sjlum, dicti Domini Abbatis, et sui Conuentus
Hassagh vocatam, pluribus metaruin distinctionibus, a Sylua praedictorum
Nobilium separatam, contra legitimas prohibitiones per praedictum Dominum
Abbatem, Conuentum, ac suum praedecesorem factas uterentur, ac maiorem
partem ipsius sylvae comprovincialibus hominibus praetio vendidissent, et ut
tutiores in venditione lignorum, et usu ipsius sylvae effecti fuissent, feria sexta
proxima ante praetactum Festum S. Thomae Apli, praelibati Nobiles de Gych,
praedictum Dominum Abbatem, et suum Conuentum, in facie praedictae
Syluae et Possessionis Nagy Ravazd vocatae ac universos pertinentes ad
eosdem, ab utensione, utilitatumque perceptione ipsius Sylvae Hassagh,
specialiter a quodam loco Sylvae praedictae Macskalukh vocalae, incipiens
usque monte in Kiralallohegy pro^hiberi fecissent, in praeiudicium dicti Domini
Abbatis et sui Conuentus. DaUim Iaurini. Die tertia Die Inquisitionis antedictae.
Anno Domini MCCCXLVII.

In archiuo Cap. Iaurin.